

in un piccolo borgo da lui più volte celebrato.

Se quel lume di dottrina non dispresse un luogo altrettanto sconosciuto, come potrebbe il V. tener in spregio una città, piccola sì, ma nemmeno ora ignibile?

In realtà, il suo sogno fu cagionato da compassione, parendogli grandissima indegnità che Capodistria, città, al dire de' vecchi, un tempo si fiorente, fosse caduta, come egli stesso nella sua fanciullezza vedeva, in tanta miseria;

prestans edidit<sup>(1)</sup>. eum ille et iunior presens coluit, et senior voce memoriaque celebravit<sup>(2)</sup>. egone igitur urbem etsi exiguum, vetustate tamen et factorum gloria ac rerum omnium copia quondam claram, nunc vero neque omnino abiectam, despicerem, cum ille oppidum, se solo cognitum, natalem sibi locum non fastidiret? absit a me perpetuo, quem tu alterum ex Iustinopoli sidus dari vis, quod quidem non sine rubore legi, ut non modo patriam, que secundam sibi post sacras religiones sedem vindicat, sed quenquam humili<sup>(a)</sup> ex fortuna despiciam. verum, ut iudicium meum, utcunque sit, accipias, scito omnem hanc indignationem omnemque huiuscmodi 10 damnationem a miseratione mea profectam esse. cum enim a maioribus meis audiisset, qua illa dignitate urbs totaque erat quondam provincia, qua fortuna res publica quaque virtute homines, tum postea et vidi puer et sensisse presens, qua esset miseria, quo exterminio, qua calamitate, indigna res michi visa est planeque 15 miseranda. cum autem prefuisse et dura odia et seditiones graves et tectas inter se civium simultates accepisset, notaremque in dies

(a) *G quamquam humili ed in marg.: « hominum in CP ».*

(1) Cf. quello che dice il V. nel discorso *Pro sancto Hieronymo*, « Gloriosi « doctoris et patris nostri » (R. c. 51):

« Proprie tamen nos huius regionis « incole speciali quadam cura ac pro- « pensiore diligentia natale sancti Hie- « ronymi celebrare debemus, ut qui « loco terrestris illius regionis vicini « sumus. monstratur enim in proximo « Sdregne rus tenue ac paucis incolis « habitatum, unde lumen hoc ortum « memorant quod longe lateque fidem « christianam illustravit. credibilem « rem effecit vulgaris opinio, a maiori- « ribus quasi per manus tradita, et no- « minis corrupti, ut dicunt, similitudo « quedam, tametsi cetera parum con- « veniant. nam ex “oppido Stridonis” « historie natum perhibent, quod olim « Dalmatie Pannonieque confi- « nia tenuit et a Gothis eversum « est [s. HIERON. *De Viris inl. c. 135*]. « utcunque habeat se veritas, nos fa-

« mam hanc veterem cupide amplexati « tanto condigena gloriamur, et spera- « mus ex hoc magis propitium illum « habere apud Deum patronum quod « terrena qualisqualis cognatio et lo- « corum vicinitas intercessit... nam, « ut dictum est, aut hic in proximo « aut certe non multo procul hinc natus « est... amore tamen patrie teneri « non potuit quin originis locum lin- « queret et proficisceretur ubi melior « atque eruditior fieri posset, patriaque « Romam pretulit, non quia melior « illa esset aut clarior, sed quia ad « proficiendum eum magis erat idonea, « quippe qui non illud potissimum que- « rebat unde natus esset aut vitam « ubi duceret, sed quo post mortem « esset abiturus». È noto però che la tradizione, a cui il V. accenna, ri- sulta infondata.

(2) Cf. s. HIERON. *Epistolae*, VII, XI, XII, LXVIII.